

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 2: De aliis peccatis

Caput 1: De peccato (7)

Augustinus:

Quoniam minuta plura peccata, si negligantur, occidunt.

In dilectione autem eius et in misericordia eius qui ambulat, etiam liberatus ab illis lethalibus et grandibus peccatis, qualia sunt facinora, homicidia, furtum, adulteria, propter illa quae minuta uidetur esse peccata linguae, aut cogitationum, aut immoderationis in rebus concessis, facit ueritatem confessionis, et uenit ad lucem in operibus bonis, quoniam minuta plura peccata si negligantur, occidunt.

Augustinus Hipponensis, *In Iohannis euangelium tractatus CXXIV.*, 12.14 (CCSL 36, R. Willem ed., p.129, ll.8-15).

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 2: De aliis peccatis

Caput 1: De peccato (7)